IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477
Seite 63r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Ita afflixit me inimicus ut non solum Conferuntur carnes mee sic debiles fideles sed etiam ossa mea s. maiores ecclesiastici prelati in quibus putabatur esse aliqua fortitudo adeo ut cedant fracti p impatias tribulationibus et scandalis et cadant per petim a statu rectitudinis de quo exprobauerunt michi verbis iniuriosis qui tribulant me inimici mei heretici et mali xpiciani

Hoc modo exprobauerunt Dum dicunt mihi fidelibus maxime martiribus pro xpi fide in afflictionibus constitutis ubi est deus tuus uel nullus est uel si est de te non curat liberet te si potest propter hoc turbata est anima mea quid aut suadeam non inuenio nisi qd supra quare tristis es anima mea et qre conturbas me

Sed ne dicas ideo turbor quia hic mala patior confortare o anima Spera in deo quoniam ad huc in futuro confitebor ei cp ipse est salutare vultus ~~tui~~ mei et deus meus

Psalmus 42 In quo monemur ne in pressuris deficiamus

Cum vir fidelis seculi huius iniquitatibus angeretur celesti desiderio affectus aut

Iudica me deus iudicio discretionis siue separationis in futuro iuditio separando me a malis et discerne mezita mea ab impio distet inter illum qui in te credit et illum qui non credit de gente non sancta et puersa s. ab homine iniquo et doloso eruе me

Cum non michi arrogem fortitudinem qua opus est inter mala huius seculi sed Tu deus sis fortitudo mea quare ergo me repulisti secundum cp videt repulsum